Breve 28 XI 1678 respiciens comittit ei, ut re diligenter perquisita non obstantibusque etc. dispensationem ad plura beneficia, id est parochias duas Samboriensem Byboliensemque, possidenda canonico Premisliensi Alexandro Stanislae Gadomski concedat. Una quoad vixerit attribuenda, altera in quinquennium tantum; dein in parochia, in qua residere dedignabitur, vicarius ab epo probatus ordinario instituendus.

Reg.: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 67v-69r. F. 67v, in margine annotatur: "Commissio inquisitionis ad dispensandum super pluralitate beneficiorum".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et admodum Rev.do D.no Ioanni Dębski [Dębski]⁷⁴³, Officiali Generali Praemisliensi, salutem etc.

Noverit Dominatio sua Nobis exhibitas esse litteras Apostolicas sub plumbo more Curiae Romanae expeditas, de data prout in iisdem super retentione plurium beneficiorum, pro parte Illustris et admodum Rev.di Domini Alexandri Stanislae Gadomski⁷⁴⁴, tenoris ut sequitur:

"Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto Filio Nuncio Apostolico in Regno Poloniae commoranti, salutem et Apostolicam benedictionem.

Vitae ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, [68r] super quibus dilectus filius Alexander Stanislaus Gadomski, Presbyter Praemisliensis seu alterius dioecesis in Polonia, apud Nos fide digno commendatur testimonio, Nos inducunt, ut eum specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dicti Alexandri Stanislae petitio continebat, quod ipse alias de Canonicatu et Praebenda Ecclesiae Praemisliensis, ac de una in Bibol⁷⁴⁵ et altera parochialibus Ecclesiis in Sambor, locis seu oppidis

⁷⁴³ Ioannes Dębski, officialis generalis Premisliensis, ab a. 1682 suffraganeus Premisliensis.

⁷⁴⁴ Alexander Stanislaus Gadomski a. 1662 canonicus factus honorificus Premisliensis etsi iam praepositus Byblensis erat. Papae dein litteris conici potest iam ante 28 XI 1678 canonicum illum esse factum gremialem Premisliensem; cfr Federkiewicz, p. 125.

⁷⁴⁵ Bybol (Nowe Miasto Bybel, Bybło), oppidulum ad orientem Premislae australem ad Wyrwa fluvium situm. Ecclesia parochialis sancti Martini titulo ca medium XV saeculum structa; cfr SGKP VII, p. 227; Samboria, oppidum ad Tyram, ca 50 km versus australem Premislae orientem. Ecclesia in parochiali

dictae Praemisliensis dioecesis, certo tunc expresso modo extra Romanam Curiam vacantibus, et antea dispositioni Apostolicae minime reservatis neque affectis, ordinaria auctoritate alias tamen canonice per eandem Curiam provisum fuit. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, dictus Alexander Stanislaus parochiales ecclesias huiusmodi insimul absque dispensatione Apostolica retinere non possit. Quare pro parte dicti Alexandri Stanislai Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ei in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur.

Nos igitur eundem Alexandrum Stanislaum praemissorum meritorum suorum intuitu gratioso favore prosequi volentes, ipsumque Alexandrum Stanislaum a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti allisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, nec non omnes et singulos fructus ex Canonicatu et Praebenda ac parochialibus Ecclesiis praedictis per eum hactenus perceptos gratiate remittentes et condonantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus cum eodem Alexandro Stanislao, dummodo ad id reperiatur idoneus, et nullum aliud ei obstet canonicum impedimentum, ut Canonicatum et Praebendam praedictas et alteram ex dictis parochialibus Ecclesiis huiusmodi in titulum quoad vixerit, alteram vero ex eisdem parochialibus Ecclesiis in administrationem ad quinquennium proximum tantum retinere libere et licite possit et valeat, [68v] pro tuis arbitrio et conscientia, auctoritate Nostra tuam conscientiam desuper onerando, dispenses. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non dictae Ecclesiae Praemisliensis, iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque.

Volumus autem quod Canonicatus et Praebenda, et parochiales Ecclesiae huiusmodi ut supra retinendae debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura in dictis parochialibus Ecclesiis nullatenus negligatur, pro illis vero diebus et horis, quibus dictus Alexander Stanislaus prima dictae Ecclesiae ratione Canonicatus et Praebendae huiusmodi non inservierit, distributiones quotidianas aliaque emolumenta ratione personalis residentiae lucri fieri solita amittat, et quamdiu ambas parochiales Ecclesias huiusmodi insimul obtinuerit, si utrique per se ipsum deservire nequeat, apud illam, quam in titulum obtinuerit, personaliter residere eiusque per se ipsum, alterius vero per Vicarium idoneum ab Ordinario loci approbandum cum congrua mercedis assignatione debite supportare teneatur onera consueta.

Detruncationis Ioannis Baptistae titulo (a. 1370 structa a. 1589 collegium mansionariorum). Anno 1685 parochia Samborensis missionariis Premisliensibus est comissa, qui seminario illic praeerant, cuius praefecti et parochi nonnumquam fungebantur officio; cfr VL V, p. 723; SGKX X, p. 228-229.

Quodque statim finito dicto quinquennio, dictus Alexander Stanislaus alteram ex dictis parochialibus Ecclesiis, quam maluerit, in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis tantum libere cum specifica mentione praesentis voluntatis huiusmodi, nec alias dimittere omnino teneatur, alioquin ambae parochiales Ecclesiae praedictae vacent eo ipso. Et tunc de illis per Sedem Apostolicam tantum disponi possit. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo. Quarto Kalendis Decembris⁷⁴⁶. Pontificatus N.ri Anno Tertio etc. Locus + Plumbi more Curiae Romanae appensi."

Post quarum quidem literarum praesentationem seu exhibitionem, ut supra factam, pro parte dicti Illustris et admodum Rev.di Domini Alexandri Stanislai Gadomski Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ad earundem executionem procedere dignaremur. Nos igitur qui eam, quam ob locorum distantiam per Nos ipsos informationem, prout Apostolica mandata, et res ipsa exigit, assumere non possumus, ab aliis timoratae conscientiae viris in partibus existentis percipere debemus. Dominationi V.rae, de qua plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus [69r] et mandamus, quatenus de narratis et expositis in eisdem literis Apostolicis, tam quantum attinet ad dictum Canonicatum et Praebendam supradictae Ecclesiae Praemisliensis, quam in Bibol et Sambor Ecclesias parochiales antedictas, se diligenter informet, Nobisque super illis, idoneitate eiusdem D.ni Alexandri Stanislai Gadomski, et non obstantia alicuius canonici impedimenti, quantitate seu valore redditum et quorumcunque proventuum comprehensivis etiam distributionibus quotidianis, quatenus dentur et aliis quibuscunque obventionibus superius specificatorum beneficiorum, meritis et praerogativis eiusdem D.ni Alexandri Stanislai Gadomski, caeterisque ad dictarum literarum executionem totalem et plenariam necessariis, conducibilibus et opportunis relationem faciat cum suo voto et sentimento, super praemissis conscientiam Dominationis V.rae strictissime in Domino onerantes. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae ex Palatio Nostro Apostolico, die decima mensis Novembris, Anno Domini 1681.

N. 869.

Opitius Pallavicini
Bernardo Brodacki, dioecesis Luceoriensis

Varsaviae, 10 XI 1681.

⁷⁴⁶ Id est 28 Novembris.

Concedit ei dispensationem "extra tempora" ad diaconatum et presbyteratum ob necessitatem ecclesiae Mrozovicensis⁷⁴⁷ dioecesis Luceoriensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 69v.

N. 870.

Opitius Pallavicini
Ioanni Stanislao Perkowicz, dioecesis Posnaniensis

Varsaviae, 10 XI 1681.

Concedit ei dispensationem "extra tempora" ad omnes sacros ordines ob necessitatem ecclesiae Ridzinensis⁷⁴⁸ dioecesis Posnaniensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 70r.

N. 871.

Opitius Pallavicini
Albino Kamiński, Ordinis Canonorum Regularium Lateranensium

Varsaviae, 11 XI 1681.

Absolvit eum ab irregularitate, quae disoboedientiam secuta. Etsi enim a Błonie praepositura, ubi vicarius erat, ab Adamo Małowieski priori in conventum canonicorum Cervinensem revocabatur, iussa neglexit.

Reg.: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 69v-70r. F. 69v in margine annotatur: "Dispensatio ab irregularitate".

⁷⁴⁷ Mrozowice, pagus ad orientem septentrionalem Brestii Lithuaniae.

⁷⁴⁸ Rydzyna, Maioris oppidum Poloniae, versus australem Leszni orientem. Ecclesia parochialis sancti Stanislai titulo saec. XV constructa; cfr Nowacki II, p. 423.

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Rev.do Albino Kaminski, Ordinis Canoniorum Regularium Lateranensium, salutem etc.

Exponi Nobis fecisti, qualiter licet per literas Rev.di admodum Patris Adami Małowieski⁷⁴⁹ uti asserti Prioris conventus Cervenensis⁷⁵⁰, Ordinis eiusdem Canoniorum Regularium S.ti Augustini Lateranensium nuncupatorum, ad conventum praedictum sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae ex Praepositura Błonensi⁷⁵¹, ubi nunc Vicarii fungebaris officio revocatus fueris, nihilominus cum putaris causam seu causas habere propter quas supradictae avocationis vel revocationis praecepto parere non teneris, seu alias assertam excommunicationem tali vitio laborare censes, quod animam tuam afficere minime posset, Divinis sine clavium contemptu re immiscueris et eoque continuaveris, quo audiveris praeceptum praedictum afficere potuiste, unde exercitio ordinum extunc intermisso absolutionem a supradicta asserta excommunicatione ab eadem D.no Małowieski petiisti, et per ipsius Commissarium obtinuisti, quia tamen etiam in puncto irregularitatis, siquidem forte ex praemissis diu posset, quoquomodo contracta velles coram Deo et hominibus quietus esse et securus, Nobis humiliter supplicari fecisti, quatenus tibi de benignitate Apostolica providere dignaremur.

Nos autem memoratas facti circumstantias et admirationem, quae posset in populo exoriri si diutius a functionibus sacri ordi[70r]nis distinereris, attendentes populoque Błonensi, in cuius animarum Praepositum vicariali titulo praedicto adiuvas, succurrere, conscientiaeque tuae securitati providere volentes, supplicationibus pro parte tua Nobis humiliter factis benigne inclinati, te imprimis a quibusvis etc. censentes super irregularitate si quam praemissorum occasione quomodolibet incurrisses, autoritate Apostolica, qua virtute Legationis N.rae fungimur, tecum dispensamus et totaliter liberamus, utque eadem irregularitate ut super sublata non obstante Altissimo in altaris ministerio ministare, et sacrificium Deo offerre possis et valeas, licentiam et facultatem tibi concedimus atque impertimur. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum 11.a Novembris 1681.

⁷⁴⁹ Adamus Małowieski († 2 III 1694), abbatiae Canoniorum Regularium Cervinensis prior, Nosilscensis praepositus. Anno 1681 cum pars fratrum contra Boguslaum Leszczyński abbatem commendatarium se verterunt, ille Leszczyński faustus est. Dein a. 1691 cum aliis nonnullis Cervinensibus in abbatem novum Nicolaum Wyżycki apud nuntium agitabat, sed oblectationi mors ipsius finem posuit; cfr Folwarski, p. 39 et sq.

⁷⁵⁰ Abbatia Canoniorum Regularium Lateranensium Cervinensis, cfr ANP XXXIV/2, notam 764, p. 262.

⁷⁵¹ Praepositura Blonensis, cfr ANP XXXIV/2, notam 763, p. 262.

N. 872.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 12 XI 1681.

Fasciculum 18 X 1681 datum allatum sibi nuntiat⁷⁵² et de quotidianis pergīt disserens negotiis.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 615r.

N. 873.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 12 XI 1681.

Litteras de foedere cum Austriacis contrahendo respiciens Ioannem Gniński, Regni vicecancellarium, de re eadem sibi scripturum esse nuntiat. Ab epo Kioviensi litteras interim allatas, cui iam prius de necessitate, ut Regni corroboretur potestas, collocutus. Nuntiasse illis epum ad foedus cum Austriacis aut Moscovitis contrahendum inclinari regem, si autem institui possent, comitia etiam convocaturum. Dein se ac Francisco Buonvisi de re scripsisse affirmat, a quo responsum defensivam tantum armorum societatem, numquam offensivam, ab imperatore contemplari. Epistula igitur Kioviensis allata statim huius contenta cardinali se Buonvisi tradidisse argumentis simul imperatoriis obluctantem.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 623r-626v.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

L'ordinario passato nel ragguagliar V.ra Eminenza di quello che s'andava facendo e proponendo da me perché la Polonia non perda la congiuntura che potria darsi tanto favorevole per liberarsi dagl'estremi pericoli, ne' quali si trova, e ricu-

⁷⁵² Cfr N. 824-826.

perare Caminietz in caso che il Turco rompesse con Cesare, le dissi come havevo replicato al Sig. Vicecancelliere⁷⁵³, che mi haveva mandato d'ordine del Re il foglio trasmesso da me in copia all'Eminenza V.ra, che supplicasse la Maestà Sua a fare matura riflessione alle mie considerazioni sopra il pensiero espresso in detto foglio e vedere se le piacesse mutarlo in qualche parte, onde vi fosse speranza maggiore di miglior' esito⁷⁵⁴.

Mentre io sto attendendo risposta sopra ciò dal Sig. Vicecancelliere, ricevo lettera dal Mons. Vescovo di Chiovia⁷⁵⁵, pregato già da me ad anteporre in mio nome a Sua Maestà l'opportunità di provvedere alla salvezza e sicurezza del Regno, nelle quali lettere Monsignore mi scrive così.

[623v] ^{(a-}Legit et relegit Maiestas Sua considerationes Excellentiae V.rae in scripto expositas, et quo maturius providentia regia venturorum periculorum expendit momenta, eo ardentius ad id anhelat, ut seu caesarea ad societatem belli propensio, seu Moscovitica communis periculi advertentia tribuat fundamentum indicendorum Comitiorum, quae sine hoc vel illo fundamento nil aliud essent, quam Turcicae potentiae diffidatio, vel ideo exitiosa, quod fieret ab impotentiori. Unde concludo Maiestatem Suam facillimam esse ad Comitia indicenda, si spes aliqua vel a Moscovia vel ab Austria illuxerit^{a)}.

Pare a me che si vada avanzando qualche poco, mentre prima si voleva l'unione e di Cesare e del Moscovita, et hora si parla alternativamente o dell'uno o dell'altro. In oltre Sua Maestà si dichiara pronta ad intimar la Dieta quando vi sii speranza di poter concludere qualche cosa a beneficio commune, o con Cesare o con il Moscovita.

[624r] Quando toccai qui queste materie, scrissi anco al Sig. Card. Bonvisi⁷⁵⁶, dicendo come hora mi pareva tempo opportuno d'unire questo Re e l'Imperatore per un' fine sì necessario e sì utile ad ambe due. Sopra di che Sua Eminenza mi risponde d'haver parlato con Sua Maestà Cesarea e che la Maestà Sua le havea detto che per la lega difensiva era sempre pronta, ma che l'offensiva ricercava l'istesse considerazioni havutesi altre volte, perché il solo motivarla offendeva il Turco senza la sicurezza di concluderla. Non esserci in Polonia la Dieta né apparir dispositione prossima a convocarla. Sapersi le contradizioni del Regno et il poco segreto del negoziare, e però non poter dire cosa positiva sopra la lega offensiva, assicurava bensì d'esser sempre pronta alla difensiva⁷⁵⁷.

Havendo io havuto per mezzo di Monsignor di Chiovia l'espressione ch'è piaciuto al Re di farmi il suo animo, ho rappresentato questa al medesimo Sig. Card. Bonvisi⁷⁵⁸ et aggiunto le rifles[624v]sioni che fo alle considerazioni e difficoltà

⁷⁵³ Ioannes Gniński, Regni vicecancellarius. Epistulam tamen non inveni.

⁷⁵⁴ Cfr N. 860 et A. 13.

⁷⁵⁵ Stanislaus Ioannes Witwicki, epus Kioviensis. Epistulae ipsius fragmentum tantum hic allatum inveni potest.

⁷⁵⁶ Cardinalis Franciscus Buonvisi, Vindobonae nuntius; cfr N. 804.

⁷⁵⁷ Cfr N. 845.

⁷⁵⁸ Cfr N. 866.

adottele da Sua Maestà Cesarea, ch'io riferisco qui, acciò V.ra Eminenza sii ragguagliata di tutto quello che passa in questo affare.

Primieramente ho detto che il Re, secondo che scrive Monsignor di Chiovia, non apparisce alieno dalla Dieta, anzi si mostra pronto a convocarla quando vi sii speranza di concluder qualche cosa o colla Moscovia o con Sua Maestà Cesarea, onde veniva a svanire l'obiettone, fatta da Cesare circa il non apparire dispositione prossima alla convocazione della Dieta.

Quanto poi alle contraditioni del Regno ad intraprender la guerra, ho detto come nella passata Dieta ho trovato generalmente volontà e prontezza in volerla, anzi le cose eran' ridotte in stato tale, che se non seguiva la pace de' Moscoviti, non rimaneva modo a chi non havesse voluto la guerra d'uscirne honestamente.

Ho aggiunto in oltre che per maggior sicurezza di non travagliare in vano, potria vedersi se il Re, prima d'entrare in trattato, volesse assicurare d'interporre la sua autorità, attività et industria [625r] per fare che la cosa havesse l'effetto desiderato, con che veria ad impegnar fortemente il suo credito e stima, et in conseguenza cresceria la speranza dell'unione, tanto necessaria per il bene di questi 2 Regni.

Circa al poco segreto nel negoziare, dicevo esser questo un male irremediabile nella Polonia, ma che potria pensarsi a qualche modo, onde almeno restassero occulte le circostanze del negotio, come seria se si tenesse la via praticata già dagl'Ambasciatori Francesi⁷⁵⁹, che hanno palesati i sentimenti del Re Christianissimo non a tutta la Dieta, ma al Re solamente et a due altri Personaggi, scielti [sic] da loro dall'ordine senatorio. Questi tali potriano poi riferire in generale alla Republica trovarsi in Sua Maestà Cesarea una buona volontà e dispositione per la commune salvezza, in ordine alla quale potersi proporre le condizioni che piaceressero alla Polonia, e così proseguire nel negotiato senza specificar mai l'accordato, ma solo andar superando le difficoltà che si vedesse fossero per rendere o impossibile, o sommamente arduo questo accordo, con non dovere esprimere [625v] che Cesare vi condescenda, se non ridotte le cose allo stato et all'essere, nel quale le vuole.

Io ben conosco la difficoltà di negoziare in tal forma e la quasi impossibilità di salvare anco con questa cautela il segreto, ma dall'altro canto non trovo altro rimedio, stante la forma di questo governo per assicurarsene quanto più si puole.

Hor' in proposito del segreto ho stimato bene di dire, come parmi che si faccia troppo caso che da Turchi si sappi che si fanno trattati contro essi. Come vedesi giornalmente, i Turchi non lasciano mai di nuocere a Principi christiani per amore o per mantenere la fede giurata nelle paci, ma solo perché o non possano, o non le torna conto il farlo assolutamente, o in qualche circostanze. Dall'altro canto dicevo come io credo che essi si persuadino che l'Imperatore, potendo, vorria at-

⁷⁵⁹ Panhagius de Forbin-Janson, epus Bellovacensis et Nicolaus Maria d'Hospital, marchio de Vitry; cfr notam 733.

taccarli e rovinarli, onde il sapere che tratti di ciò con altri Principi poco fa, secondo il mio parere, circa l'havere o no la guerra di Turchi adosso, et in effetto vedesi che sin' hora non nuociono a' Polacchi le grandi et evidenti dimostrazioni [626r] date di volerle far la guerra. Ma quando anche ciò potesse nuocere, suggiungevo che per questo non doveriasi tralasciare di tentare l'unione, parendomi da preferire il vedere se riuscisse haver compagni nella guerra al non voler dare all'inimico questa tenue occasione di rompere, essendo da stimarsi più (quando possa haversi) la speranza d'esser aiutato che da temersi l'irritare un'inimico sempre disposto alle offese, e che non nuoce solo quando non puole. Considerationi che sembrano tanto più forti, quanto maggiore è l'apparenza che il Turco sii per rompere con Cesare, o tratti o no l'unione con i Polacchi.

Per altro suggiungevo che il voler parlare qui della lega difensiva^{b)}, maggiormente hora che si dubita che Sua Maestà Cesarea possa essere attaccata da Turchi, è una cosa affatto vana e fuori d'ogni speranza di riuscita, il che oltre moltissimi rincontri che ne ho, apparisce anco manifestamente dalla prima parte del foglio, inviatiomi a nome del Re dal Sig. Vicecancelliere e trasmesso a V.ra Eminenza la posta antecedente⁷⁶⁰.

[626v] Questo è quello ch'io ho rappresentato al Sig. Card. Bonvisi con occasione d'una spedizione straordinaria, fattasi di qui per Vienna Sabato passato⁷⁶¹. Sto intanto attendendo quello che dirà il Vicecancelliere in risposta alla scrittale da me, come ho accennato sopra et avvisai col dispaccio precedente a V.ra Eminenza, alla quale resto facendo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 12 Novembre 1681.

Di V.ra Eminenza

^{c)}humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo di Efeso^{c)}

a-a) *In epistula ad F. Buonvisi apparet, cfr N. 866.*

b) *Supra exaratum: offensiva inscribitur.*

c-c) *Autographum.*

⁷⁶⁰ Cfr A. 13.

⁷⁶¹ Id est die 8 Novembris.

N. 874.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 12 XI 1681.

Epum nuntiat Cracoviensem, dioecesim nuperrime ingressum, tributuum solutionem, qui a comitiis impositi, tum a saecularibus cum et ab ecclesiasticis postulavisse. Etsi beneplacito Apostolico adhuc non allato cunctabatur, ab epo patientia data timuerit enim, ne a militibus tributa vindicarentur idcirco a nuntio illum petiisse, ut beneplacitum mandaretur. Se ipsum tamen Romae respicientem mandata et invalida recentium decreta significantem comitiarum, prioribus tantum comitiis lata solvenda asseruisse tributa colligendisque beneplacitum concessum, dein autem papae consilium esse expectandum. Inde ad regem se epum versisse, qui per vicecancellarii litteras ac per epum petiit Kioviensem, ut res tota ac Sedis Apostolicae sententia explicaretur. A se ipso Sedis praecepta expectari denique confirmat.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 616r-619r.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Monsignor Vescovo di Cracovia⁷⁶², immediatamente dopo il possesso preso di quella Chiesa, mi scrisse d'haver trovato quel clero debitore di quattro annate di contributioni personali, e che premendo i laici per l'essazione delle medesime, ascendenti alla somma di 140 mila fiorini, aveva egli convocato diversi nobili della sua Diocesi e mostratale l'impossibilità che il clero pagasse una somma così grande, aveva indotti per mezzo di quelli i Palatinati a contentarsi di 70 mila fiorini di moneta corrente, aggiungendo come intendendo di sottomettere al pagamento di questa somma non solo il clero secolare ma anco il regolare, questo s'era lasciato intendere di non voler contribuire parte alcuna alla somma sudetta, onde mi pregava a mandarle il breve di N.ro Signore, che suppone essermi pervenuto dopo la rottura della Dieta, per obligare tutti gl'ecclesiastici al pagamento della somma predetta.

⁷⁶² Ioannes Małachowski, epus Cracoviensis. Sollemniter ille Cracoviam ingressus die 27 IX 1681.

[616v] Io risposi a' Monsignore che il breve, mandatomi da Sua Santità⁷⁶³ per i Vescovi del Regno (e che io non havevo presentato per la mutatione succeduta delle circostanze, in riguardo delle quali il sudetto breve era stato spedito) non portava altro, se non che i Vescovi et io insieme con loro concertassimo quello che si stimava meglio circa le contributioni per rappresentarlo poi a Sua Santità et attenderne le sue risoluzioni. Le aggiunsi poi che sopra questa materia, cioè sopra le contributioni della precedente Dieta di Varsavia⁷⁶⁴, per le quali il beneplacito Apostolico è limitato a 304 mila fiorini e sopra quelle di Grodna, per le quali non si è mai spedito breve, havevo scritto ampiamente a V.ra Eminenza⁷⁶⁵ e che perciò bisognava attendere quello che Sua Santità risolvesse, non potendosi altrimenti in buona coscienza esigere cosa alcuna non che da clero regolare, ma ne anco dal secolare.

Replicò a questo Mons. Vescovo come egli, dopo il sopradetto accordo fatto colla nobiltà della sua Diocesi, haveva dato fuori le patenti per esiger la somma delli 70 mila fiorini, a fine di potere ne' primi [617r] giorni di Dicembre pagarli alla soldatesca secondo l'assegnatione de' Generali. Saggiungendo inoltre che se le altre Diocesi del Regno differissero il pagamento di tali contributioni sino all'arrivo del beneplacito Apostolico, quale egli credeva non fosse per giungere così presto, correan pericolo d'esser sottoposte all'essecutioni militari che porteriano un danno irreparabile alle Chiese et alli beni ecclesiastici, e che egli per prevenire simili inconvenienti, sulla speranza che dovesse finalmente venire il beneplacito Apostolico, era condesceso all'accordo sudetto et a spedire le patenti per l'essattione, pregandomi intanto a rappresentare a Sua Santità li rispetti e ragioni che l'havevano mosso ad operare in tal forma e richiedendo il mio consiglio circa il modo con il quale dovesse contenersi in avvenire in tali materie.

Io rescrissi a Monsignore come N.ro Signore, udita la rottura della Dieta, haveva rievocata la facoltà già data a Monsignori Vescovi et a me di determinare qui ciò che si riputasse più opportuno, [617v] riserbando a se la risoluzione⁷⁶⁶, onde se la somma accordata ultimamente da lui e per l'essattion' della quale scriveva d'haver già date fuori le patenti, fosse quella che tocca alla sua Diocesi per la rata delli 304 mila fiorini, per i quali vi era il beneplacito Apostolico, poteva bene haver luogo la sua determinatione, ma che quando non lo fosse o pur fosse una rata maggiore, io non potevo consigliarle altro se non d'essortare i Sigi. Generali a volere aspettare ancora un poco, sperando io che l'affare fosse per ha-

⁷⁶³ Cfr ANP XXXIV/2, N. 487 et notam 546, p. 181.

⁷⁶⁴ "Hiberna" constitutio, comitiis Varsaviensibus lata decrevit ordini ecclesiastico summam "zł. trzykroć sto tysięcy" prout milites sustentari possent solvendum esse; cfr VL V, p. 222-223. Beneplacitum a papa 5 II 1678 concessum; cfr Berthier I, p. 152-153. Grodnensibus comitiis 1678-1679 alia lata sunt tributa, summa medii capitibus impositi tributis, a ecclesiasticis et a laicis simul tamen solvenda; cfr constitutio "Deklaracya Podatków" [Declaratio de contributionis], VL V, p. 557.

⁷⁶⁵ Hac de re Pallavicini ipsius litterae 17 IX 1681 datae; cfr N. 748.

⁷⁶⁶ Cfr N. 641.

ver costà presto fine, havendo io dato a Sua Santità le informazioni necessarie per poter risolvere sopra la materia.

Monsignor Vescovo non mi ha scritto più altro sopra questo negotio, ha bensì dato parte alla Corte d'esser stato avvertito da me d'aspettare il breve Apostolico prima di fare essigere la detta contributione, sopra di che Sua Maestà mi ha fatto scrivere e da Mons. Vescovo di Chiovia e dal Sig. Vicecancelliere del Regno⁷⁶⁷, che desidera sapere d'onde proceda quest'intoppo al pagamento delle contributioni capitali, promesse dalli Vescovi nell'ultima Dieta con tanta [618r] fermezza e sicurezza, e domandate hora con molta ardenza e con gravi minacce dalla soldatesca, aggiungendo come teme che diferendosi ancora il pagamento, l'ordine equestre si getti sopra i beni delle Chiese e che la soldatesca, impatiente di più lunga dimora, abbandonati i quartieri che ha alli confini et entrando con mano armata nelle viscere del Regno, saccheggi e rovine indifferentemente i beni e della nobiltà e del clero. E che oltre il danno grande, questo ritardamento renderà appresso tutti odiosissimo l'ordine ecclesiastico.

Questo avviso mi ha turbato, tuttavia non ho stimato dovere ricedere dalli sentimenti già da me espressi, secondo i quali ho risposto a Mons. Vescovo di Chiovia et al Sig. Vicecancelliere nell'istessi termini con i quali scrissi a Mons. Vescovo di Cracovia, mostrando che conviene haver pazienza e dar tempo a N.ro Signore di risolvere quello che stimerà meglio, potendosi ben persuadere che Sua Santità userà della sua paterna carità et amore verso la Republica.

[618v] Ma perché tanto Mons. Vescovo di Chiovia quanto il Vicecancelliere insistono fortemente nella promessa, data in scritto nell'ultima Dieta da Mons. i Vescovi, di consegnare le contributioni capitali per la festa prossima passata di San Giovanni Battista⁷⁶⁸, non ho potuto a meno di dire all'uno et all'altro che cagionerà gran meraviglia a tutti il sentire che si vogli astringere il clero all'essecutione d'una promessa, estorta violentemente in una Dieta che poi si è rotta, e che in conseguenza tutte le risoluzioni prese in quella, secondo le leggi fondamentali della Republica, sono di nessun valore come se mai fossero state fatte, e che ciò non ostante hora si pretenda che habbino luogo le violenze, usate all'ordine ecclesiastico.

Io ho voluto dar parte a V.ra Eminenza di tutto questo, parendomi cosa da non dover tralasciarsi di parteciparla, e perché se bene ho speranza di udire la posta seguente la risoluzione di questo negotio, come V.ra Eminenza m'accenna colle sue lettere de' 18 Ottobre⁷⁶⁹, quali ricevo adesso, stimo però opportuno di rappresentare il pericolo sudetto per quel [619r] caso che la risoluzione non si fosse anco presa, suggiungendo che essendosi fuor d'ogni aspettazione ottenuta la riduzione accennata per la Diocesi di Cracovia, io non tralascierò, qualunque sii

⁷⁶⁷ Stanislaus Ioannes Witwicki, epus Kioviensis; epistulam eius non inveni. Ioannes Gniński, Regni vicecancellarius; huius de contributionibus, cfr N. 852.

⁷⁶⁸ Cfr ANP XXXIV/1, N. 221, p. 250.

⁷⁶⁹ Cfr N. 825.

la risoluzione, di procurare presso gl'altri Prelati che si studiino di indurre i loro Palatinati a qualche notevole riduzione. Ch'è quanto m'occorre riferire a V.ra Eminenza sopra questo particolare. E le fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 12 Novembre 1681.

Di V.ra Eminenza

^(a)humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo d'Efeso ^{-a)}

^{a-a)} *Autographum.*

N. 875.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 12 XI 1681.

Quaestionem in archiviis institutam, prout dispensatio ad matrimonium duci Boguslao Radziwiłł concessa inveni posset, maxime regi nuntiat placuisse. Inde, ne res negligatur, monet.

Decifr.: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 442r.

Copia decifr.: AV, Segr.Stato, Nunz.diverse 221 f. 128v-129r.

^(a)-Di Varsavia da Mons. Nunzio. 12 Novembre 1681. Decifrato a 11 Dicembre^{-a)}.

Sua Maestà ha sentito con particolar gusto le diligenze, che io le ho avvisato farsi costà per ritrovar la supposta dispensa, concessa al Duca Boguslao di Ratziwil⁷⁷⁰ nel 1656, intorno alla quale ho insinuato a Sua Maestà che saria bene procurare altre circostanze, quali servirebbono per dar maggior lume per rinvenire la detta dispensa, circa la quale reputo opportuno il continovare costà le diligenze.

^{a-a)} *F. 449v repetitur.*

⁷⁷⁰ Boguslaus Radziwiłł; cfr N. 681, 741, 759, 775.

N. 876.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 12 XI 1681.

Thomae Talenti, regis secretarii, epistulam, quae de gemmis a duce Michaelae Radziwiłł Monte in Pietatis oppignoratis data, adiciens diligentissime se investigare pollicitur, si vero regis sit scripta nomine, Colbacensem autem abbatem patriam iam reverti gemmas supranominatas portantem dicit. Denique et de debiti solutione a duce apud Cameram Apostolicam contracti bene asserit sperandum.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 621r-v.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Il Segretario Italiano di Sua Maestà mi ha scritto la congiunta⁷⁷¹ ch'io ho stimato bene comunicare a V.ra Eminenza, acciò che veda in qual stato è l'affare del danaro, dovuto dagl'eredi del defonto Duca di Ratzivil⁷⁷². Hor' perché nell'istessa lettera si dice che la Sig.a Duchessa⁷⁷³ vedova spera di sodisfare in breve al resto del debito, ho risoluto di farne parlare al Re da persona di maggiore autorità, per far confermare dalla Maestà Sua quello che il Segretario mi scrive, come pare, a nome del Re. Intanto ho risposto essermi affatto ignoto il sequestro che si suppone, e che attendo il pagamento che mi si fa sperare debba seguir presto e intieramente.

L'Abbate di Colback⁷⁷⁴ deve esser già in viaggio da Venetia per qui, et io attendo il suo ritorno con impatienza per poter poi promuovere fortemente il rimborso dovuto, che hora [621v] mi si dice differirsi all'arrivo del sudetto Abbate che deve portar le gioie, con il danaro da ritrarsi dalla vendita delle quali la Sig.a Duchessa ha più volte promesso di volere intieramente sodisfare al debito contratto dalla beata memoria del Marito. Et attendendo da Eminenza V.ra come mi debba regolare se mi si parlasse di nuovo del detto sequestro, sopra qual materia però non mi son caricato di scrivere, le fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 12 Novembre 1681.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

⁷⁷¹ Thomas Talenti, Ioannis III secretarius, cfr N. 853.

⁷⁷² Michael Casimirus Radziwiłł, Bononiae mense Novembri obiit a. 1680.

⁷⁷³ Catharina de domo Sobieska Radziwiłł, Ioannis III Sobieski soror, Michaelis Casimiri Radziwiłł vi-
dua.

⁷⁷⁴ Michael Antonius Hacki, abbas Colbacensis.

N. 877.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 12 XI 1681.

*Allatas sibi esse nuntiat a Paulo ab Imola litteras commendatorias 14 VI 1681
 datas, unde se monacho adiuturum promittit.*

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 628r.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Il Padre Fra Paolo da Imola, Capuccino, mi rese solo nell'ultimo di della settimana passata la benignissima di V.ra Eminenza de' 14 Giugno⁷⁷⁵, nella quale m'incarica d'impiegarmi in tutte le occorrenze di suo vantaggio. Io me le sono esibito prontamente, come era mio debito, e manderò ciò ad effetto ogni volta che vi saranno le congiunture di farlo. Et all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profundissimo inchino. Varsavia, 12 Novembre 1681.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.
 Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 878.

"Avviso"
ab Opitio Pallavicini
ad Secretariam Status transmissum

Varsaviae, 12 XI 1681.

Nuntios dicit ex Hungaria allatos Transilvanos rebellesque ad hiemandum se iam recepisse ac nonnullas inter principes controversias exortas, minime interim

⁷⁷⁵ Cfr ANP XXXIV/2, N. 531 et notam 637, p. 217.

verum rumorem monstrari, veluti de Ioannis III filii primogeniti nuptiis Berolini tractaretur, cum investigari tantum oporteat palatinum Kioviensem, quid de Sophiae Carolinae Curlandensis nipotissae nuptiis elector ipse sentiat, si cum quodam Polonorum potentiorum fiant.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 629r-v.

Varsavia, 12 Novembre 1681. Foglio a parte.

Non si hanno qui hora nuove di momento, onde si riferiranno solo quelle che si ricevan dalla Corte.

^{(a-Ex} Ungaria iam constat certo Turcicam, Transilvanicam et male contentorum militiam ab invicem separatam ad hyberna concessisse, sive id exigebat temporis autumnalis ratio, sive mutua animorum exacerbatio. Cum Turcae sequestratum quemdam Janizerum, per vim ex tentorio Transilvani abduxerint, non sine ipsius Principis periculo. Transiit itaque tempestas, primo vere renovanda minitans bella^{a)}.

Retuli Ser.mo Regi rumorem illum, qui ad aures Excellentiae V.rae pervenit, nempe Legatum nostrum egisse Berolini super matrimonio Ser.mi nostri Principis⁷⁷⁶. Rex respondit, nullam fabulam sine fundamento esse, et hanc quoque suum habere, quod tale est. Praecipua ex Regni matronis Faemina⁷⁷⁷ cupiens Filium suum sorte nascendi illustrem, illustriori [629v] connubio illigare, petiit a Rege promotionem ad Filiam Ducis Curlandiae. Cum autem haec Filia esset nata ex Sorore Electoris Brandenburgici⁷⁷⁸, commissum est Palatino Chioviensi⁷⁷⁹ ut tacite expiscaretur, an libenter videret si Neptis ipsius Patricio Polono nuberet. Et ecce occasio errori.

^{a-a)} *Idem epistula Francisco missa Buonvisi repetitur 8 XI 1681 data, cfr N. 866.*

⁷⁷⁶ Iacobus Ludovicus, regis filius primogenitus, cfr ANP XXXIV/1, notam 61, p. 33.

⁷⁷⁷ Helena forsitan Thecla Lubomirska. De matrimonio Iosephi Caroli Lubomirski, palatini decessi Cracoviensis filii cum ducis Curlandensis filia Sophia Carolina contrahendo, cfr N. 731, 810, 816.

⁷⁷⁸ Electoris soror Brandenburgensis Friderici Gulielmi Ludovica Carolina (1617-1676) Iacobi Kettler, ducis Curlandensis uxor ab a. 1645; cfr NDB X, p. 313.

⁷⁷⁹ Stephanus Niemirycz, palatinus Kioviensis, cfr ANP XXXIV/2, notam 737, p. 252.

N. 879.

Opitius Pallavicini
card. Francisco Buonvisi, nuntio apostolico Vindobonae

Varsaviae, 12 XI 1681.

Colloquio cum homine quodam docto etsi foederi obluctanti habito nunc argumenta refert illius et quid iis ipse responderit.

Or.: AS Lucca, Arch. Buonvisi II parte, filza 52 n. 149.

Eminentissimo e Rev.mo Signor *etc.*

Colla spedizione fatta i dì passati da questo Sig. Residente cesareo⁷⁸⁰, parmi d'haver rappresentato a V.ra Eminenza tutto quello che dovevo, se n'ecceuiamo una cosa, cioè quel che concerne il pensiero della lega difensiva, circa il quale, se ben so d'haver detto il più sustantiale, cioè che qui per tutte le diligenze usatesi non si è fatto un passo in questa materia e che ho trovato sempre tanti e tali contradictioni che l'ho giudicata cosa da desiderarsi bensì ma non da sperare. Il che ha luogo tanto più adesso che si stima o già seguita, o inevitabile la rottura fra l'Imperatore e la Porta. Hor' quel che m'occorere d'aggiungere è la notitia d'un discorso fatto da me sopra la materia della lega con un soggetto perspicace, fino e penetrante, ma attaccato al partito che non vuole la lega. Ma queste ragioni, come V.ra Eminenza vedrà, non sono men' deboli e fragili che le avvisate da me altre volte, rammassando tutto quel che s'era detto o si poteva dire.

[v] Parlando dunque con il Personaggio sudetto, le dissi che sendo andato per terra colla rottura della Dieta tutto quello che si era travagliato per la difesa e conservatione del Regno, non trovavo in queste circostanze che la lega con Cesare, contro la quale havevo ben sentito dire molte cose, delle quali però veruna mi muoveva o stringeva a mutare opinione, come per altro sarei pronto a fare quando trovassi tornare più a conto alla conservatione di questo Regno il non fare che far la lega.

Hor' egli entrò subito a voler proporre le sue ragioni contro la lega, che si ridussero alle seguenti. Disse egli che seria stata sospetta ogni calata degl'Alemanni, anco per difendere il Regno, e rovinosa, devastando quella natione oveunque [sic] alloggia.

Al che io risposi, non saper trovare verun pericolo nell'esser 10 mila o 12 mila soldati stranieri dentro un Regno così bellicoso, e quanto alla temuta devasta-

⁷⁸⁰ Ioannes Christophorus Zierowsky, imperatorius in Republica mandatarius.

tione, esser meglio perder le raccolte d'un'anno et esporre al pericolo d'esser distrutte molte capanne miserabili, quali si possan facilmente restaurare, che perdere un Regno.

[r] Disse in oltre che la Republica non haveria osservato all'Imperatore la fede e promessa di soccorrerlo scambievolmente perché le Diete che si facessero a questo fine, si romperiano certamente.

Al che risposi io, toccar questa consideratione all'Imperatore et esser tanto più favorevole a' Polacchi la lega, quanto che l'Imperatore può meno sperar che la Polonia. Al che egli replicò, esser perciò sospetto il progetto di tal lega, ma io dissi che svaniva ogni sospetto se si considerava quanto importi all'Imperatore che la Polonia non perisca, come pur deve importare alla Polonia che non si perda l'Ungheria.

Toccò poi il medesimo Personaggio il pericolo, che saputasi questa lega dal Turco, egli attaccasse la Polonia per vendicarsene. Hor' io le risposi che seguera tutto il contrario perché il Turco non oseria attaccare il Regno, quando sentisse esser pronto per soccorrerlo un'aiuto così valido e vicino.

In ultimo luogo fece il medesimo l'argomento seguente. L'Imperatore non vuol fare la lega offensiva, dunque non deve farsi seco [v] la difensiva, perché se non si faceva quella per timore che Cesare ha che possa seguir rottura colla Francia, nel qual caso le saria impossibile mantenere a' Polacchi la promessa del soccorso, l'istessa ragione militare per la difensiva, onde concluse o il doversi fare la lega offensiva e difensiva insieme, o pur veruna. Ma io mostrai come il sussunto non caminava, potendosi bene mantenere le promesse per la difensiva et haversi perciò forze bastanti, ma non già per una guerra offensiva. Haver l'Imperatore nella guerra passata colla Francia tenuto sempre un grosso nervo in Ungheria, bastante per difenderla non per oppugnare l'inimico.

Queste sono le ragioni che si sentano, che come V.ra Eminenza vede son' sofismi, e perciò indicii non di errore ma di volontà avversa, che cerca ragioni apparenti per mostrarsi ragionevole. In questi casi il male è quasi incurabile. Ch'è quanto devo rappresentare all'Eminenza V.ra, alla quale accuso la benignissima sua de' 2 corrente⁷⁸¹. E le fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 12 Novembre 1681.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo d'Efeso ^{-a})

^{a-a}) *Autographum.*

⁷⁸¹ Epistula mihi ignota.

N. 880.

**Opitius Pallavicini
Benedicto Czarniecki**

Varsaviae, 13 XI 1681.

Medicis suadentibus a promisso eum absolvit die quoque Mercurii a carnibus lacticipiisque abstinendi, Sabbatho autem panem tantum ac aquam manducandi. Septem eodem loco psalmos paenitentiales per septimanam ut recitaret confessariiue consilio piis ut uteretur gestis, ei imponit.

Reg.: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 70r-v.

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Benedicto Czarniecki, salutem etc.

Exponi Nobis fecisti, qualiter D.no Deo votum seu promissionem feceris abstinendi a carnibus et lacticipiis Feria Quarta, die vero Sabbathi, pane tantum vesci et aqua potari. Cum autem phtisi ab aliquo tempore coeperis laborare, medicorumque consilio, ut asseris, a carnibus et lacticipiis abstinere non possis. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, quatenus praedictum votum seu promissionem per te factam ad conscientiae securitatem in aliquod pium opus commutare, et ulterius tecum super observantia aliorum quorumcunque ieiuniorum de consuetudine vel praecepto Ecclesiae observari solitorum dispensare dignaremur.

Nos igitur conscientiae tuae securitati consulere volentes, precibus pro parte tua Nobis factis benigne inclinati, autoritate qua virtute Legationis N.rae et vigore facultatum a Sacra Congregatione S.ti Inquisitionis Generalis Nobis ad N.rae Legationis tempus indultarum, fungimur, [70v] votum praedictum seu promissionem per te factam commutantes indulgemus, ut adhibito prius confessarii tuo consilio iudicioque medici, quod abstinentiam praedictam citra periculum salutis servare non possis, interveniente pro abstinentia a carnibus et lacticipiis ut supra, Feria Quarta et Sabbatho septem Psalmos Poenitentiales semel in qualibet hebdomada recites; attendentesque quod necessitas legi non non subiaceat, tecum super observantia quorumcunque ieiuniorum de consuetudine seu de Ecclesiae praecepto servari solitorum; nec non super abstinentia a carnibus tam dictis ieiuniorum diebus, quam Feria Sexta et Sabbatho, dummodo iudicio medici urgens tuae salutis necessitas id exposcat, tuique Confessarii consilium accedat, subrogatis loco ieiuniorum et abstinentiae praedictorum, arbitrio eiusdem Confessarii tui aliquibus aliis piis operibus vel poenitentiis in Domino dispensamus. Praesentibus tantum ad tempus, quo medici tui iudicio periculum seu necessitas

